



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1442. usque ad annum 1460

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1768**

**VD18 90118324**

§. 194. Gerardi Macheti obitus

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66507](#)

Sæcul. XV. pere piscatore natus esset, doctrinæ tam  
A.C. 1448. men, ac pietatis laude adeo eminuit, ut  
ad supremos dignitatum Ecclesiasticarum  
apices eveheretur. Primo Canonicorum  
Regularium institutum professus, demum  
Archidiaconus Leodiensis, & Ecclesiae  
S. Florini Constantiæ Decanus renuntia-  
tus est. Interfuit Concilio Basileensi, e-  
jusdemque auctoritatem supra Pontificem  
olim extulit, ac in hanc rem celebre  
opus sub titulo *de Concordantia Catholica*  
in tres libros distinctum evulgavit. Po-  
stea vero a Basileensibus secedens, Eu-  
genio IV. adhæsit, variis Apostolicæ Se-  
dis Legationibus in Germania, & Galliis  
præclare functus, tandem a Nicolao V.  
die vigesima Decembris anno supra mil-  
lesimum quadringentesimo quadragesimo  
octavo Presbyter Cardinalis tit. S. Petri  
ad vincula unacum aliis quinque ad ean-  
dem dignitatem vocatis creatus est. Mox  
in Germaniam missus Brixiae in Tiroli E-  
piscopalem sedem obtinuit; sed subortis  
cum Sigismundo Austriæ Duce diffidiis  
e Germania in Italiam reversus est.

## §. CXCIV.

*Gerardi Macheti obitus.*

Dupin. *ibid.*  
p. 84.

Sub id tempus Gerardus Machetus, qui  
Carolo VII. a confessionibus, & ab eo  
Castrensis Episcopus nominatus fuit, ex-  
tremum

tremum clausisse diem creditur. Hic in Sæcut. XV.  
 Collegio Navarrico Theologiæ operam A C. 1448.  
 dedit decimo quarto sæculo ad finem ver-  
 gente, & anno millesimo quadringente-  
 simo undecimo inter Doctores Theologos  
 Facultatis Parisiensis adscriptus, paulo  
 post in Ecclesia ad Beatam Virginem Pari-  
 siis Canonicatum obtinuit. Absente Ger-  
 sonio in Universitate Parisiensi Cancel-  
 larii munere functus, Imperatorem Sigis-  
 mundum per Gallias euntem solemnni o-  
 ratione salutavit. Mortuus est Turonii,  
 ubi eo tempore Regis aula hærebat. Plu-  
 rimas conscripsit Epistolas, quæ in Bi-  
 bliotheca S. Martini Turonensis asservan-  
 tur. Illius mentionem facit Joannes Lau-  
 noius in sua Historia Regii Navarræ  
 Gymnasii, eumque inter præcipuos Do-  
 ctores commendat.

### §. CXCV.

#### *Geldriæ Ducis Filia Scotiæ Regi desponsa.*

Jacobus II. Scotiæ Rex eodem quoque  
 anno connubium iniit cum Maria Du-  
 cis Geldriæ, & Juliaci Filia, Philippi Bur-  
 gundiæ, & Brabantiae Ducis Nepte. Hæc  
 a Jacobo de Bethunia, qui erat ejusdem  
 nominis, Jacobi, & Elisabethæ ab Estu-  
 tevilla Filius, in Scotiam delata est.

P 2

Hac